reqſiuit dn̄s de manu inimicoꝝ: q̄re. ſ. virū ſanctū afflixerūt.
Tūc cogebant rōnē reddere: q2 oderāt eū tanto tp̄e. Qđ de
abſalon: ⁊ de ſiba filio bochri: de ſaul. ⁊ de ceteris hoſtib⁹ da
uid pōt ītelligi. Et reqſiuit dn̄s de ma. in. dauid. ꝙ nō et ipſi
cū eo fedus pacis inire voluerūt: cum quo dn̄m eſſe viderūt.
Hec autē ſcriptura iō p̄occupauit
vt qđ dixerat qn̄ eradicauerit do
min⁹ inimicos dauid. verū eſſe cō
probaret: q2 ſcȝ inimici dauid era
dicati ſunt de terra: nō ip̄o dauid
ſe vlciſcēte: ſed dn̄o ꝓ illo vindi
cante. b ¶ Et addi. io. ⁊c. Ra.
Ut a ꝑditiōe inimicoꝝ dauid oſtē
deret īmunis: q2 diligebat eū ſm̄
legē dei. Qui etſi morte p̄uentus
regnū terrenū cū eo: ſicē ſperabat
habere nō potuit: abſq3 vlla dubi
tatione regni celeſtis cōſortiū cuȝ
eo: quē ꝓ virtutib⁹ diligebat cum
eſſet et ipſe vir virtutum accepit.
c ¶ Nunq̇d igno. q2 ⁊c. Qua
ſi dicat: amas inimicū meū aduer
ſans mihi: in quo oñdis adulteri
no te conceptū cōcubitu. Nam le
gitime nati artius amāt patres.

qn̄ eradicauerit dn̄s inimicos dauid vnūquē a
q3 đ fra: auferat dauid ionathā đ domo ſua
⁊ reqrat dn̄s de manu inimicoꝝ dauid. Pe b
a pigit ḡ ionathas fed⁹ cū domo dauid. Et re c
b qſiuit dn̄s de manu inimicoꝝ dauid. Et ad d e
a ¶ .i. valde iurare.
didit iōathas deierare dauid / eo ꝙ diligeret
eū. Sicut eni aiam ſuā / ita diligebat eū. Di
xitq3 ad eū ionathas: Cras calēdę ſūt: ⁊ req̄
reris. Requiret eni ſeſſio tua vſq3 perēdie.
Deſcendes ḡ feſtinus: ⁊ venies in locū vbi f
¶ p̄ridie calendarū.
celandus es in die quā opari licet: ⁊ ſedebis g
a ¶ videns deū: vel fortitudo dei.
bis iuxta lapidem cui nomē eſt ęzel. Et ego h
tres ſagittas mittā iuxta euȝ: ⁊ iaciā q̄ſi exer
cens me ad ſignū. Mittā quoq3 ⁊ puerū / di
cens ei: Uade ⁊ affer mihi ſagittas. Si dixe
ro puero ecce ſagitte intra te ſūt: Tolle eas:
tu veni ad me q2 pax tibi eſt: ⁊ nihil eſt mali:
¶ rex ſaul.
viuit dn̄s. Si aūt ſic locut⁹ fuero puero: ec
ce ſagittę vltra te ſunt: vade in pace: q2 dimi
ſit te dn̄s. De v̉bo aūt qđ locuti fuim⁹ ego ⁊ i
tu: ſit dn̄s iter me ⁊ te vſq3 i ſempiternū. Ab k l
ſcōdit⁹ eſt ergo dauid in agro: ⁊ venerūt ca m
lendę: ⁊ ſedit rex ad comedēdū panē. Cūq3
ſediſſet rex ſup cathedrā ſuā ſm̄ cōſuetudi
nē q̄ erat iuxta parietē: ſurrexit ionathas et n
ſedit abner ex latere ſaul: vacuuſq3 appuit
locus dauid: ⁊ nō eſt locut⁹ ſaul q̄cq̄ in die o
illa. Cogitabat eni ꝙ forte eueniſſet ei: vt nō p
eſſet mūdus nec purificat⁹. Cunq3 illuxiſſet
dies ſcđa poſt calēdas: rurſum vacuus ap
paruit loc⁹ dauid. Dixitq3 ſaul ad ionathā
filiū ſuū: Cur nō venit fili⁹ iſai: nec heri nec q
hodie ad veſcēdū? Et rn̄dit ionathas ſauli:
Rogauit me obnixe vt iret in bethleē / et ait:
Dimitte me: qm̄ ſacrificiū ſolēne eſt i ciuita
te mea. Unus đ fratrib⁹ meis accerſiuit me.
Nūc ḡ ſi inueni gratiā i oculis tuis / vadā ci
to ⁊ videbo frēs meos. Ob hanc cām nō ve
nit ad mēſam reg. Irat⁹ aūt ſaul aduerſum r
¶ id eſt adultere.
ionathā / dixit ei: Fili mulieris virū vltro ra s
c pientis: nunq̇d ignoro q2 diligis filiū iſai in t
ꝯfuſionē tuā: ⁊ in ꝯfuſionē ignominioſę ma
tris tuę. Omibus eni dieb⁹ q̇b⁹ fili⁹ iſai vixerit v
ſup terrā: nō ſtabilieris tu neq3 regnū tuum.
Itaq3 iā nūc mitte: ⁊ adduc eū ad me: q2 fi x y
lius mortl ē. Rn̄dēs aūt ionathas ſauli pri z

## Ni. de ly.

Affer mi. * eſt i hebreo nec ex de textu: ſȝ
īmediate ſequit: a ¶ Qn̄ era
dica. ⁊c. Sciebat eniȝ patrē ſuū
cum domo ſua puniendūȝ ꝓpter
ꝑſecutōeȝ dauid iniuſtā. b ¶ Et
reqrat ⁊c. hoc ſilr nō eſt de textu
ſed īmediate ſeq̇t: Pepigit ḡ ⁊c.
⁊ ſequit: c ¶ Et reqſi. dn̄s de
manu ini. da. qđ exponūt expo
ſitores nr̄i de vindicta diuina cō
tra ſaul et alios inimicos dauid.
Hebrei v̉o retorquēt ad ſenſum
oppoſitū: dicētes ꝙ inimici dauid
hic ponunt ꝓ ip̄o dauid: ⁊ eſt ſen
ſus: Reqrat dn̄s de manu dauid
q2 dauid fed⁹ iſtud initū cū iona
tha fregit: qn̄ medietatē heredita
tis miphiboſeth filij ionathe de
dit ſibe ſeruo ei⁹: vt hr̄. ī. ij. lib. xix
ca. vt pleni⁹ videbit qn̄ erim⁹ ibi
dn̄o cōcedēte. Un̄ dicit hic Rab.
Sa. ꝙ qn̄ dauid dixit ipſi miphi
boſeth tu ⁊ ſiba diuidite poſſeſſio
nes: venit vox a deo / di. Roboā
⁊ hieroboā diuident regnū: eo ꝙ
Dauid fregerat iſtud pactum qđ
erat īter dauid ⁊ ionathan ac po
ſteros eoꝝ. quod aūt ponit hic:
d ¶ De manu ini. da. loco hu
ius de manu dauid: dicūt ꝙ h̄ fa
ctū eſt ad reuerētiā ipſi⁹ dauid: ſi
cut mater maledicēs puero ſuo ex
amicitia ad ip̄m: ſtatim ſubdit: hu
ic lapidi dico vel parieti vel aliq̇d
hm̄oi: ⁊ eodē mō Iob. ij. c. dicit:
Bn̄dic deo ⁊ morere: ꝓpter reue
rētiā diuinā ibi ponit bn̄dic pro
maledic ſm̄ oēs expoſitores: ⁊ ta
li mō loq̄ndi vſus eſt dđ. ī. xxv. iu
rās deſtruere domū nabal di. hoc
faciat de⁹ inimicis dauid ⁊c. i. mi
hi: vt dicet ibidē. ¶ Alit ſm̄ ſen
ſum iſtū pōt exponi. De manu
ini. da. i. ꝑ man⁹ inimicoꝝ dđ: q2
hieroboā ⁊ alij q̇ inſurrexerūt cō
tra ſalomonē ad diuidēdū regnū
dicunt inimici dđ: inq̄ſtū fuerūt
inimici poſteritatis ſue. e ¶ Et
addidit

addi. io. deie. i. valde iurare. ita ꝙ nō accipit hic ꝓ piurio:
ſȝ ꝓ aſſertiōe iuramēti. Cetera patēt vſq3 ibi: f ¶ Et veni.
in lo. ⁊c. q2 dies calēdaꝝ ⁊ craſtina erāt feſtiue ⁊ ſic apparet
qđ. ſ. dictū eſt. ſ. ꝙ abſcōſio dauid fuit ſtatuta die tertia a calē
dis. g ¶ Et ſedebis ⁊c. i. ambulatiōis ſm̄ hebreos: q2 ille
lapiſ erat ſignū directiuū ambulātiū ꝑ viā. h ¶ Et ego tres
ſagit. ⁊c. hoc aūt ſignū dedit ionathas dauid: q2 neſciebat ſi
poſſet venire ſol⁹ ad loquēdū cū dauid: vel ſi veniret ſecrete:
forte poterāt aliq̇ ſupuenire
ita ꝙ nō eſſet tutū ipſi dđ ap
parere ne referret ſauli ⁊ ca
peret. i ¶ De v̉bo ⁊c. i.
de federe iter nos ⁊ poſteri
tates nr̄as. k ¶ Sit dn̄s
⁊c. ſ. teſtis ⁊ reqſitor: q2 nul
lus ali⁹ ad h̄ fuerat vocat⁹:
ad periculū dauid euitādūȝ.
l ¶ Abſcōdit⁹ eſt ḡ da. i
agro. ſ. tp̄e cōſtituto die ter
tio calēdaꝝ: q2 dubiū erat ſi
rex dđ reqreret die calēdaꝝ
vel expectaret vſq3 in craſti
nū: ſicut ⁊ fecit. m ¶ Et ve
ne. ca. Hic ꝯn̄r deſcribit p̄
dicte ꝯfeſſiōis executio q2 io
nathas explorauit intētionē
p̄ris de dđ ꝑ modū iter eos
ꝯdictū: ⁊ ptȝ lr̄a ex p̄dictis:
paucis exceptis. n ¶ Sur
rexit io. ⁊c. qn̄ eni erat ibi
dauid ſedebat iux regē: ⁊ po
ſtea ionathas ⁊ poſt ip̄m ab
ner: ⁊ iō abſente dđ nullus
erat īter ſaul ⁊ ionathā: ⁊ q2
nō eſt ꝯſuetū ꝙ fili⁹ regis ſe
deat poſt patrē: ita ꝙ null⁹
ſit intermedi⁹: iō ſurrexit io
nathas et ſedit poſt abner.
o ¶ Et nō eſt ⁊c. ſ. de ipſo
dđ. cui⁹ rō ſubdit: p ¶ Co
gita. eni ⁊c. ex cōcubitu cū
vxore vl ex tactu rei īmūde:
q2 đ ſacrificio neomenie nō
debebāt immūdi comedere
donec eēnt purificati: q̄ q̇dē
purificatio ī aliq̇b⁹ fiebat ꝑ
trāſitū tp̄is: ⁊ in aliq̇b⁹ per
aquā expiatiōis: ſicē dictū fu
it Num. xix. q ¶ Cur nō
ve. ⁊c. ex ꝯtēptu ⁊ odio no
lebat eū noīare noīe ꝓprio.
Cetera patent. r ¶ Irat⁹
aūt ſaul. hic ꝯn̄r deſcribit
ipi⁹ ſaul īdignatio dicēt io
nathe: s ¶ Fili muli. vl.
vi. ra. i. ꝯcubitū viri īportu
ne petētis. t ¶ Dilig. fi.
iſai ⁊c. q2 ꝑ h̄ tu oñdis ꝙ nō
ſis fili⁹ me⁹ q̇ ip̄m odio: ⁊ ꝑ
ꝯn̄s ꝙ tu ſis đ adulterio: qđ
cedit ī cōfuſionē tuā ⁊ m̄ris
tue. v ¶ Oib⁹ eni die. q̇
bus fi. ⁊c. Ex q̇ ptȝ ꝑfectio
ionathe q̇ ꝓpt h̄ nō retrahe
bat a dđ charitate. x ¶ Ita
q3 iā nūc mit. ſine aliq̇ tar
datione. y ¶ Et ad. eū ad
me. vt in p̄ntia mea occidat
⁊ ſim certus de eius morte.
z ¶ Quia fi. mor. eſt. i. di
gnus morte *
* a ¶ Qn̄ eradi. ⁊c. ſigni
ficat ꝙ ſp̄ūſſctūs innocētes
poſitos ī adūſitatib⁹ ꝯſolat:
⁊ eis adeptōeȝ regni celeſt
pollicet: Mat. v. a. Bti q̇ ꝑ
ſecu. pa. ꝓpter iuſti. qm̄ ipſo
rū eſt regnū celoꝝ.

a ¶ Affer mi ꝛc. q̇d eſt ꝙ ionathã volés ſuare dd̃: cũ ille laterz ĩ agro iux̃ lapidez ad ſignũ duas ſagittas iecit: q̃s puer puulus ignorãs q̇d faceret collegit: ꝛ ĩ ciuitatẽ retulit: niſi ꝙ pr̃ filiũ vnigenitũ ad ſalutez hũani generis mittẽdũ in lr̃a legis iudeiſ neſciẽtib⁹ habuit abſcõditũ: Dauid ğ abſcõditus eſt in agro: et xp̃s in mũdo. In mũdo erat ꝛ mũdus p ipm̃ fact⁹ eſt ꝛ mũdus eũ nõ cognouit. Iuxta lapidẽ ſedebat qꝛ in tabulis leg ſcript⁹ erat. vñ: Do

20.b. min⁹ de⁹ tu⁹ vn⁹ eſt: ꝛ nõ aſſumes nomẽ dei tui in vanũ. Saul inter epulas eũ mortis filiũ eſſe iudicabat: ꝛ iudaica pfidia ĩter paſchales epulas de nece dñi tractabat. Cũ ğ illuxiſſet mane: venit ionathas in agrũ iuxta placitũ dd̃: ꝛ puer puulus cũ eo: iecit vnã ſagittaz / iecit ꝛ alterã: ꝛ de⁹ pater illuceſcẽte mane fidei pri⁹ teſtimoniuz legis de xp̃o ptulit: deinde pphas miſit. Collegit puer ionathe ſagittas: ꝛ ad dominũ ignorãs quid ageret retulit. Sic iudaic⁹ ppl̃s libros legis ꝛ pphetaꝝ portãs q̃ſi diuinit⁹ ſcriptos honorabat: ſed quẽ moyſes ꝛ pphete p̃dixerãt ignorabat. ¶ Ca. XXI

Venit autẽ dauid ꝛc.

a ¶ Achimelech. Frater me⁹ rex. Apl̃i q̇s rex regũ fr̃es ſuos appellat ſolus fuit dd̃ / ꝛ xp̃s in paſſiõe. Dauid ait: Illo ꝛ illo in loco ꝯdixi pueris meis.

16.b Et xp̃s dixit: poſtq̃ reſurrexero p̃cedã vos in galileã. Per viã pollutã venit dd̃: ꝛ xp̃s ĩmũdas actiões iudeoꝝ impollut⁹ ptrãſijt. Dauid ait: Et ipa hodie ſanctificabit in vaſis meis. Et vaſa dñi. i. apl̃i a ꝯtagiõe iudeoꝝ fide ſctĩficati ſũt. c ¶ Via hec pol. eſt. Rab. In hebreo via hec laica eſt. Quaſi in lege ſcriptũ eſt: vt extrane⁹ nõ comedat ex eis: cur ĩterrogas vtrũ mũdi ſint pueri: q̇ etiã ſi mũdi eſſent veſci nõ deberẽt: Via ğ laica eſt: qꝛ tu laicaliter ĩterrogas / ſꝫ ꝛ ipa hodie ſctĩficat in vaſis. In vaſis. i. mẽte ſua ſe ſctĩficari dixit: qꝛ niſi neceſſitate corpis: ꝛ piculo vite vrgẽte nõ veſceret eis.

## Nico.de lyra

Agnus morte: ſicut pctõres dicũtur filij gehẽne Mat. xxiij. Cetera patẽt. a ¶ Cũq̃ illuxiſſet. Hic ꝯſequẽter deſcribit dauid ꝛ ionathe flebilis ſeparatio p hoc ꝙ ionathas ĩdicauit ei intẽtionẽ ſaulis de morte ei⁹: vt ſic fugeret ꝛ ſaluaret. ꝛ hoc eſt qd̃ dꝛ: Cũq̃ il. mane. Ex q̇ ptꝫ fidelitas ionathe q̇ die p̃cedẽti nõ comederat: vt ptꝫ ex p̃dictis: ꝛ tñ mane añ comeſtionez venit ad dauid ad nũciãdũ qd̃ ĩteruenerat: Tũ qꝛ magiſ ſecrete poterat cũ eo loq̇ anteq̃ cõiter hoĩes ad cãpos exirẽt: Tũ qꝛ mora erat ipi dauid periculoſa. b ¶ Iuxta placitũ. i. cõdictũ vel pmiſſum. c ¶ Et puer paru⁹ cũ eo. Vt min⁹ poſſet pcipere ad q̇d ionathas venerat ꝛ vt facili⁹ poſſet ſe expedire de eo. Cetera patẽt vſq̃ ibi: d ¶ Feſtina ve. Videbat enĩ ionathas tp̃s aptũ ad

ſuo ait: Quare morieť: Quid fecͭ: Et arripuit ſaul lãceã vt pcuteret eũ. Et itellexit iõathas ꝙ diffinitũ eẽt a pr̃e ſuo vt interficereť dd̃. Surrexit ğ ionathas a mẽſa ĩ ira furoꝛ: et nõ cõedit ĩ die calẽdaꝝ ſcd̃a panẽ: ꝯtriſtat⁹ ẽ enĩ ſup dd̃ / eo ꝙ cõ

¶ improperãs qd̃ filius eſſet adultere.

fudiſſet eũ pr̃ ſu⁹. Cũq̃ illuxiſſet mane: a

venit ionathas ĩ agrũ iuxta placitũ dd̃: b

ꝛ puer pu⁹ cũ eo. Et ait ad puerũ ſuuz: vade ꝛ affer mi hi ſagittas q̃s ego iacio. Cũq̃ puer cucurriſſet: iecit aliã ſagittã trãs pueꝝ. Venit itaq̃ puer ad locũ iaculi qd̃ miſerat ionathas. Et clamauit ionathas poſt tergũ pueri / ꝛ ait: Ecce ibi ẽ ſagitta. Porro vltra ꝛc. Clamauitq̃ iterũ ionathas poſt tergũ pueri / dicẽs: Fe d

ſtina velociter / ne ſteteris. Collegit aũt puer ionathe ſagittas: et attulit ad dñm ſuũ: ꝛ q̇d agereť penit⁹ ignorabat. Tantũmodo enĩ ionathas et dd̃ rẽ nouerãt. Dedit ergo ionathas arma ſua puero / e

ꝛ dixit ei: Vade defer in ciuitatẽ. Cũq̃ abijſſet puer: ſurrexit dd̃ de loco q̇ vgeb f

at ad auſtrũ: ꝛ cadẽs pn⁹ in terrã adorauit tertio. Et oſculãtes ſe alterutrũ: fle g h

uerũt pariter: dauid autẽ ampli⁹. Dixit i

ergo ionathas ad dauid: vade in pace.

a ¶ ſubaudis firma ſint: niml⁹ dolor deficit ĩ loq̃ndo.

Quecũq̃ iurauimus ambo in noie dñi k

dicẽtes: dñs ſit inter me ꝛ te: ꝛ inter ſemẽ tuũ ꝛ ſemẽ meũ vſq̃ in ſempiternũ. Et ſurrexit dd̃ ꝛ abijt: ſed ꝛ ionathas ingreſſus eſt ciuitatẽ. ¶ Ca. XXI

Venit aũt dauid in nobe ad l m

achimelech ſacerdotẽ: ꝛ ob

a ¶ eo ꝙ ſine militibus venit.

b ¶ achimelech ipe eſt achias nepos heli.

ſtupuit achimelech: eo ꝙ veniſſet dauid / ꝛ dixit: Quare tu ſolus ꝛ nullus eſt n

tecũ: Et ait dauid ad achimelech ſacerdotẽ: Rex precepit mihi ſermonẽ et di o

xit: Nemo ſciat rem ppter quam miſſus es a me: ꝛ cuiuſmodi tibi precepta dederim. Nã ꝛ pueris meis cõdixi in illũ et illum locũ† Nunc igitur ſi quid habes ad manum: vel quinq̃ panes da mihi: aut quicquid inueneris. Et reſpõdens ſacerdos ad dauid / ait ei: Nõ habeo lai p

a ¶ laos grece ppl̃s: inde laicos panes. i. ppl̃ares.

cos panes ad manũ / ſed tm̃ panem ſanctũ. Si mũdi ſunt pueri: maxime a muli q

erib⁹ / mãducẽt. Et reſpõdit dauid ſacerdoti / ꝛ dixit ei: Et quidẽ ſi de mulierib⁹ agitur continuim⁹ nos ab heri ꝛ nudiuſ r

tertius quãdo egrediebamur: ꝛ fuerunt s

¶ a concubitu. ſ.

c vaſa puerorum ſancta. Porro via hec t

aptũ ad loq̃ndũ cũ dd̃: eo ꝙ null⁹ eẽt in agro: ideo voluit ſtatim remittere puerũ vt ſol⁹ cũ dd̃ loq̃reť añq̃ aliq̇ ſupueniret qui poſſent accuſare dd̃. e ¶ Dedit ğ io. ar. ſ. puero. i. arcũ pharetrã ꝛ ſagittas. f ¶ Surrexit dd̃. p indiciũ p̃dictũ. Et cadẽs pnus in tr̃ã adorauit. adoratõe dulie. g ¶ Et oſ. ſe. Ex amoris fidelitate. h ¶ Fleuerũt pa. Ex ĩminẽti ſepatiõe. i ¶ Dauid ãt am. qꝛ nõ ſolũ deſerebat ionathã: ſꝫ ꝛ tr̃ã ꝛ cognationẽ ſuã. k ¶ Quecũq̃ iu. am. Subintelligiť ſint rata ꝛ firma. Cetera patẽt in lr̃a. ¶ Ca. XXI

Venit autẽ da. Hic ꝯñr ſaul dd̃ pſeq̄ť ipm̃ banniẽdo. Circa ꝙ ſciẽdũ ꝙ ſaul cogſcens euaſiſſe dd̃: ipm̃ de regno ſuo banniuit: vt null⁹ auderet eũ recipe: qd̃ patꝫ ex h̃ ꝙ ſacerdotes occidit p ei⁹ receptõe: vt hr̃ ca. xxij. Iſta tñ bannitio ad achimelech nõ puenerat qñ dd̃ recepit. Sic ğ pcediť: qꝛ p̃mo erga dd̃ deſcribiť ipius achimelech bñficiũ. ſcd̃o ex h̃ illatũ ſuppliciũ ca. xxij. Circa p̃mũ deſcribiť ipi⁹ dd̃ curialis receptio. ſcd̃o piculi ĩminẽtꝫ euaſio / ibi: Surrexit ita. dd̃. Primũ oñdiť eo ꝙ achimelech dedit ipi dd̃ cibũ ꝛ gladiũ: ꝛ ĩterponiť doech pñtia: ex q̃ ſecutũ eſt ſacerdotũ excidiũ. Diciť ğ: Venit ãt da. Vbi erat tabnaculũ dñi: vt ibi oraret ꝙ eũ dñs de manib⁹ ſaulis eriperet. m ¶ Ad achimelech. Iſte ẽ q̇ ſupra vocat⁹ eſt achias. xiiij. n ¶ Quare tu ſo. Nõ eſt ĩtelligẽdũ ꝙ null⁹ eẽt cũ eo: qꝛ ĩfra q̃ſiuit achimelech: Si mundi ſũt pueri ꝛc. ꝛ Mat. xij. dic ſaluator: Nũq̇d legiſtis q̇d fecerit dd̃ qñ eſurijt / ꝛ q̇ cũ eo erãt ꝛc. Ex q̇b⁹ ptꝫ ꝙ ali q̇ erãt in comitiua ſua: ſꝫ pauci reſpectiue ꝛ in cõparatiõe ad illos q̇ ſoliti erãt cũ eo ire: ſic dꝛ cõiter: null⁹ eſt in foro qñ ſũt ibi pauci reſpectu alteri⁹ temporis: q̃uis ſint p tũc ibi multi. o ¶ Rex p̃. mihi ꝛc. Nõ opꝫtet hic excuſare dd̃ de mẽdacio officioſo: ſicť dictũ ẽ ca. p̃. Cetera patẽt vſq̃ ibi: p ¶ Nõ ha. laicos pa. Erãt ei panes ĩ triplici gradu. Aliq̇ dicebãť panes ppoſitiõis: q̇ erãt liciti ſacerdotibus tm̃: ꝛ panes oblatiõis q̇ offerebanť ĩ altari holocauſtoꝝ ꝛ illis vtebanť leuite: ꝛ panes cões q̇b⁹ oẽs indifferẽter poterãt vti: ꝛ dicũť hic panes laici. q ¶ Si mũ. ſũt ꝛc. q. d. poſſent in nec̃itate eis dari. r ¶ Cõtinu. nos ꝛc. ĩmũdicia enĩ illa ꝯtracta purgabať p trãſitũ tpis: qꝛ durabat tm̃ vſq̃ ad veſperã. s ¶ Et fuerũt va. pu. ſctã. i. corpa ab ĩmũdicia coit⁹: vł vaſa h̃ dicũť ipimet pueri. t ¶ Porro vi. hec pol. eſt. qd̃ exponũt aliq̇ ſic. q. d. dd̃ in via forte

* aliquã immun

Moralr. l ¶ Venit aũt da. ad achi. ꝛc. Per iſtũ achimelech bñ ſignificať ieſus xp̃s. Prĩo rõne noĩs. Nã achimelech ĩťp̃tať frať me⁹ rex. Chriſt⁹ aũt frať nr̃ eſt rõne hũanitatis aſſũpte. Heb. ij. c. dꝛ d̃ xp̃o ꝛ ſuis fidelib⁹. Nõ ꝯfũdiť eos vocare fr̃es di. Nũciabo nomẽ tuũ fr̃ib⁹ meis ꝛc. Ipe ẽ etiã rex regũ ꝛ dñs dñantiũ: vt dꝛ Apoc. xvij. d. Scd̃o rõne officij. Nã achimelech erat ſũm⁹ ſacerdos

m iij * qd̃ cõpetit

Diuiſio

D

†33. q. 4. c. r De cõ. di. 2. c. trib⁹ gradibus

Moraliter

E ſceret eis. a Dedit ꝰ eis. Quātū ad ꝓphetiā ptinet: hoc in xp̄o ipletū eſt: q̄ poſitus in carne dū iudeoꝝ ſeuitiā declinaret: ad apl̄os trāſijt: cū q̄bus cibū deſideratū ſūpſit. Deſiderio enī deſiderauit mā ducare paſcha. Spolie.i.diaboli arma ſuſtulit. Jpſe enī fortior ſpolia fortis diripuit. His aūt a q̄bus recept⁹ eſt xp̄s intulit diabol⁹ pſecutionē: tribulatiōez: ⁊ mortē. Oēs enī q̄ volūt pie viuere in xp̄o pſecutionē patiunt̄. Un̄ ſi me pſecuti ſūt ⁊ vos pſequent̄. b In tabernaculo. Ra. Jn hebreo obligat⁹ in cōſpectu dn̄i: forte enī vouerat: q2 aliquot dieb⁹ in tabernaculo dn̄i moraret̄: ⁊ vacaret orationibus. c Doech idu. Rab. Qui cameloꝝ.i. infructuoſi greg͂: ⁊ tortuoſi cuſtos erat ⁊ interp̄tat̄ motus vel ſollicit⁹: q̄ ⁊ pcuſſit achimelech ſacerdotē magnū q̄ interp̄tat̄ frater me⁹ rex: noīe ⁊ actu iudā ſignificat: p quē ɔtra xp̄m regē verū diabol⁹ opatus eſt fraudē: vt eo pdito etiā eccl̄ia pateret̄: ⁊ diſcipl̄i xp̄i et ſacerdotes ꝓ noīe ei⁹ occiderent̄. Sȝ in domo achimeleh ſolus abiathar princeps ſacerdotū euaſit q2 nemo pōt nocere xp̄o ſacerdotū p̄ncipi: q̄ victor celos aſcēdit. d Poſuit aūt da. Jſi. Rab. Achis interp̄tat̄ quō eſt: p qȯ ſignificat̄ ignorātia. Uerbū enī iurātis ⁊ non agnoſcētis: qȯ in iudeis impletū eſt: q̄ dū xp̄m viderūt nō agnouerūt: corā eis mutauit os ſuū ⁊ abijt. Erāt eī ibi p̄cepta leg͂ carnalia: erat ſacrificiū ꝯm aaron: ſed ip̄e de corpe ſuo et ſanguīe inſtituit ſacrificiū ꝯm ordinē melchiſedech. Mutauit os ſuum in ſacerdotio: mutauit in p̄cept͂: dans aliud teſtamētū euacuata opatione carnali / collapſus eſt in manib⁹ eoꝝ. Dn̄ eū cōprehēderūt ⁊ crucifixerūt: ⁊ ꝓciderat ad hoſtiū porte.i. humiliabat ſe ad initiū fi dei noſtre:

mat.12.a.
Marc.2.d
Luc.6.a
25.q.1.§.
his ita
2.Tim.3.c

Als nō hȝ
Hic paſcebat mulas ſaul.

## Nico.de ly.

F ✻ aliquā īmūdiciā potuimus ɔtrahere. a Sȝ ⁊ ipſa ho.ſan.in va.q.d. talis īmūdicia excuſabit̄ in nobis p cōtinētiā a mulierib⁹ p̄dictā. aliter ſic: Hec via polluta eſt.i. hic ꝓceſſus eſt illicit⁹ de cōi curſu ſcȝ ꝙ det̄ panis ſctīficatus laicis. Sȝ hodie ſctīficabit̄ in vaſis.i. excuſabit̄ ī nobis ꝓpter neceſſitatē comedēdi in q̄ ſumus. Erāt enī vt dicūt hebrei valde fatigati a ieiunio. ⁊ hoc mō ſaluator hoc factū dicit eē licitū Mat.xij. eo ꝙ dȯ et viri ei⁹ erāt in neceſſitat͂ articulo. Cetera patēt vſq3 ibi: b Erat aūt ibi vir q̄.⁊c͂. iſtud hic interponit̄ rōne p̄dicta. c Jnt⁹ i taber. dn̄i.i. in atrio vbi laici admittebant̄ rōne oblatiōis vel orōnis: q2 tabernaculū ſoli ſacerdotes intrabāt. in hebreo h̄r: Retentus in tabernaculo. Obligat⁹ enī erat ex voto ad manēdū ibi aliq̄bus dieb⁹ ad orādum vel offerēdum vel forte ad vtrūq3. d Potētiſſi.pa.ſaul.i. iudicū: vt dicūt hebrei. Judices enī in veteri teſta. frequēter noīant̄ paſtores: q2 p eum rex reddebat iudicia. nō eſt enī veriſimile ꝙ eſſet cuſtos aīaliū: q2 erat p̄mus inter ſeruos ſaul: vt dicit̄ ca.xxij. ⁊ idȯ illud qȯ ſequit̄ in aliq̄bus libris. e Hic paſce.mu. ſaul. nō eſt in hebreo nec ī libris correct͂. f Si habes ⁊c͂. dauid enī dimiſſus a michol p feneſtrā: vt dictū eſt.ſ̄.xix. nō potuerat ſumere arma ſua. g Ecce hic gla.go.⁊c͂. Dicūt hic aliq̄ ꝙ ꝓpter victoriā illā ille gladi⁹ quo fuerat amputatū caput golie fuerat dn̄o cōſecratus: ſed h̄ nō videt̄ verū: q2 talis ɔſecratio eſt ad ſp ꝓpter ꝙ res dn̄o ɔſecrata nō poterat redire ad cōmunes

R.18.b
J.29.b
Eccl.47.a.

22.q.2.c.
vtilem

¶ in hebreo laica.

polluta eſt: ſed et ipſa hodie ſanctificabitur in vaſis. a
a † Dedit ergo eis ſacerdos †
ſanctificatum panē: Neq3
enim erat ibi panis niſi tantum panes propoſitionis:
qui ſubleuati fuerāt a facie
dn̄i: vt ponerent̄ panes calidi. Erat autē ibi vir q̄dā de b
ſeruis ſaul in die illa intus c
b in tabernaculo dn̄i: ⁊ nomē
c ei⁹ doech idumeꝰ: potētiſſi d
mus paſtorū ſaul. † Hic pa e
ſcebat mulas ſaul. Dixit āt
dauid ad achimelech. Si f
habes hic ad manū haſtam
aut gladium da mihi: quia
gladium meū et arma mea
nō tuli mecū. Sermo enim
regis vrgebat. Et dixit ſacerdos: Eſt hic gladius go g
liath philiſtei quem percuſ-
ſiſti in valle terebinthi: eſt
inuolut⁹ pallio poſt ephot:
ſi iſtum vis tollere / tolle. Ne
q3 enim hic alius eſt abſq3
eo. Et ait dauid: Non eſt h
huic alter ſimilis: da mihi
eum. Surrexit itaq3 dauid: i
⁊ fugit i die illa a facie ſaul:
⁊ venit ad achis regē geth. †
Dixerūtq3 ſerui achis cum
vidiſſent dauid: Nunquid k
non iſte eſt dauid rex ter-
re: Nonne huic cantabant l
per choros dicentes: † per-
cuſſit ſaul mille: et dauid de
d cem milia: Poſuit autem
dauid ſermōes iſtos in cor

a ¶ ne inuidia motus aliquid mali machinaretur.

de ſuo: et extimuit valde a m
facie achis regis geth: † Et n
īmutauit os ſuū coram eis:
et collabebatur inter ma- o
nus eorum: et impingebat p
in oſtia porte: defluebant- q
q3 ſaliue eius in barbā. Et
ait achis ad ſeruos ſuos:
Uidiſtis hominem inſanū:
Quare adduxiſtis eum ad
me: An deſunt nobis furioſi: ꝙ introduxiſtis iſtum vt
fureret me preſente: Dimitte illum hinc ne ingrediatur
domum meam.

re ad cōmunes vſus: vt dictū fuit Leuit͂. vlt̄. ⁊ ſic dauid nō potuiſſet eo vti de cetero licite. ꝓpter qȯ dicēdū ꝙ ibi fuerat poſitus tm̄ ad memoriā illius victorie a deo date. h Nō eſt hu.al.ſi.i. eq̄lis ei. i Surrexit itaq3 da.⁊c͂. Hic ɔn̄r deſcribit̄ īminētis periculi euaſio in ciuitatē geth: ad quā dauid bannitus fugit: q2 erat extra regnū ſaulis. k Nūquid nō iſte eſt da.⁊c͂. q2 iam diuulgatū fuerat ip̄m fuiſſe inūctū a ſamuele. l Nōne huic cāta.⁊c͂.ſ. de philiſteis: hec aūt dicebāt vt achis eū detineret ⁊ occideret. ideo ſubdit̄: m Et exti.val. q2 nō poterat reſiſtere. n Et mu.os ſuū. loquēs aliena ſicut inſan⁹. o Et colla. iter ma.eo. ſicut epilēticus. vn̄ ſubdit̄: q Defluebātq3 ſali.ei⁹ in bar. ſicut ſolet fieri in tali paſſiōe. p Et impinge.in oſtia por. q̄ſi innitēs trāſire per oſtia clauſa. Jn hebreo h̄r. Et pingebat ſup oſtia: faciēdo ibi q̄ſdam figuras ſicut ſolēt facere fatui: ꝓpter que achis eum repulit vt inſanum. G

✻ qȯ cōpetit ip̄i xp̄o: ꝓpter qȯ p Melchiſedech q̄ rex erat ⁊ ſacerdos ſignificat̄ Heb.vij. Per hoc ꝰ ꝙ dauid in arto poſitus venit ad achimelech: ſignificat̄ ꝙ q̄libet xp̄ianus in arto poſitus p p̄ces deuotas recurrere dȝ ad dn̄m ieſum xp̄m. Per hoc aūt ꝙ dauid ab achimelech panē petijt: ⁊ ille dedit: ſignificat̄ ꝙ xp̄ianus debet a xp̄o petere panem verbi diuini ⁊ eucharistie ſicut dicit̄ in orōne dn̄ica: Panē nr̄m quotidia. da no. hodie: ⁊ hoc ſignificat̄ p hoc qȯ dicit̄: † Dedit ꝰ ei ſa. ſan.pa. Per hoc aūt ꝙ dixit ſacerdos ꝙ ad eſum panis illi⁹ req̄rebat̄ mūdicia maxime a mulierib⁹: ſignificatū fuit ꝙ pctm̄ carnale impedit maxīe pceptionē eucharistie. Per h̄ aūt ꝙ achimelech dedit dauid gladiū: ſignificat̄ ꝙ xp̄us armat ſuos fideles ɔtra demonū inſult⁹. Per h̄ autē ꝙ fuit gladi⁹ quo caput goliath fuerat amputatū: ſignificat̄ ꝙ memoria paſſiōis xp̄i q̄ caput demonū fuit deuictum eſt efficax gladi⁹ ɔtra demonū inſultū.j. Pet.iiij.a. Chriſto in carne paſſo ⁊ vos eadē cogitatione armamini. Et venit ad achis regē geth. Et ſequit̄: n Et muta.os ſuū co.achis. Per h̄ aūt ꝙ ſe ſimulauit inſanū vt euaderet mort͂ periculū. dedit exemplū vtēdi cautelis ɔtra maliciā puerſoꝝ. Un̄ dicit poeta. Stulticiā ſimulare loco prudētia ſumma eſt. Qȯ habet locū qn̄ querit̄ aliq̄d cui⁹ reſpōſio odioſa eſt et ſine fructu. tunc declinare qn̄ pōt fieri licite videt̄ eſſe prudētie. Aliter p achis et eius pplm̄ poſſunt ſacerdotes ⁊ ſcribe iudeoꝝ ītelligi. Et p dȯ ip̄e xp̄s q̄ corā eis mutauit os docēs ɔtēptū tpaliū bonoꝝ. q̄ tū ī lege veteri ꝓmittebāt̄ in p̄miū Eſa.j. e. Si audieritis me bo.ter.co. Propt̄ qȯ ip̄m reputabāt inſanū: ſic h̄r Joh.x.d. Dicebāt enī de xp̄o: demoniū hȝ ⁊ īſanit: vt q̄d eū audit͂: ſic achis reputauit dȯ inſanū dicēs: videtis hoīem inſanientē.

Moraliter
Mat.6.b
h
Catho.

¶ Jn ca.xxi. vbi dr̄ in poſtil. Circa qȯ ſciendū ꝙ ſaul cognoſcēs euaſiſſe dauid ip̄ȝ de regno ſuo bāniuit.

## Additio.

Hec bannitio nō h̄r et textu: nec etiā ex h̄ ꝙ ſaul ſacerdotes dȯ recipiētes occidit: talis bānitio cōprobat̄. Saul enī abſq3 aliq̄ iuſticia: ſȝ tyrānice et crudelit̄ pſeq̄bat̄ nō ſolū dȯ: ſȝ ēt amicos ei⁹ ⁊ ei fauētes: vt ptȝ in ca.p̄ce. vbi h̄r ꝙ ſaul voluit pcutere ionathā filiū ſuū: ſolū ex hoc ꝙ innocentiā dȯ allegabat.

G dei nr̃e: oſtium porte initiū fidei eſt: a fide incipit eccl'ia: ⁊ per/
A uenit vſq̧ ad ſpem. Or ſaliue q̃ſi furioſi decurrebant p̱ barbā
Cor.1.d eius. apl's aperit dicēs: Predicamus chriſtū crucifixū: iudeis
q̄dē ſcandalū/ gentib⁹ aūt ſtulticiā. Infirmitatē ſaliue enim ſi
Ibidem gnificāt: q̄ ſtultū dei fortius eſt hoībus. Saliue fluunt p̱ bar
bā. quō enī in ſaliuis infirmitas ſic vir
tus oſtēdit̄ in barba. Texit ergo v̄tu/
tē ſuā corp̱e īfirmitatis ſue: et qd̄ foris
infirmabat̄: tā̄q̧ ſaliua apparebat int⁹
diuina v̄tus/ tā̄q̧ barba latebat.

Abijt ḡ inde ⁊c̄. C. XXII
a Qd̄ cū audiſſent ⁊c̄.
Rab. Significauit q̄ redē/
ptor noſter p̱acta paſſione ⁊ redēptio/
ne hūani generis de iſraelitica plebe
in iudea primū eccl'iam collocauit/ de q̄
⁊ carnē ſumpſit. vbi fratres ei⁹. i. apl'i
⁊ domus patris ei⁹. i. qui crediderunt
ex iudeis venerūt ad illū: ⁊ cōuenerūt
ad eū oēs q̄. e. in. an. ꝯſtituti ⁊c̄. Qui
Mat.11.d bus. ſ. ait: Venite ad me oēs q̄ labora/
tis ⁊ onerati eſtis/ ⁊ ego reficiaȝ vos.
b Ere alieno. Rab. Ceſu. ſ. pctōꝝ
quē diabolo p̱ſoluūt: dū exibēt mēbra
ſeruire iniq̄tati ad iniquitateȝ: neceſſe
eſt vt tales in amaritudine animi peni
tētiā agāt/ ⁊ ad dauid veniāt. i. ad chri
ſtū cūctis gentib⁹ deſideratū: vt fiat eo
Act.10.g rū p̄nceps. Ipſe eſt enī iudex viuoꝝ et
mortuorū et princeps pacis cui⁹ regni
nō erit finis. c Dixitq̧ gad. Ra.
De improuiſo gad inducit̄. Nulla enī
fit mētio ei⁹ in p̄cedētibus: ſicut ⁊ heli
as: vbi d̄r: et dixit helias theſbites de
habitatoribus galaad. Ex ore igit̄ dn̄i
gad ꝓpheta dixit ad dauid: vt nō mo/
raret̄ inter gētes in terra polluta: ſed
in terram iude redeat: vbi iuxta volun
tatem dn̄i perſecutionem ſuſtineat.
G Deſcēdet

Abijt ḡ ide C. XXII a
dd̄ ⁊ fugit in ſpelūcā b
odollā. Qd̄ cū audiſ c
a ſent fratres ei⁹: ⁊ oīs
dom⁹ patris ei⁹/ deſcēderunt ad
eū illuc. Et cōuenerūt ad eū oēs d
a ¶ pctōꝝ. ſ. nō hn̄tes latitudinē charitat'.
q̄ erāt in ānguſtia cōſtituti: ⁊ op/
b p̄ſſi ere alieō ⁊ amaro aīo/ ⁊ fact⁹ e
eſt eoꝝ p̄nceps. Fuerūtq̧ cū eo
q̄ſi q̄dringēti viri et p̱fect⁹ eſt dd̄ f
inde in maſphat/ q̄ eſt moab. Et g
dixit ad regē moab: Maneat oro
pr̄ me⁹ ⁊ mr̄ mea vobiſcū: donec
ſciā q̄d faciat mihi deus. Et reli/
q̄t eos an̄ faciē regis moab. Mā h
ſerūtq̧ apud eū cūctis dieb⁹ q̄b⁹ i
c dd̄ fuit in p̄ſidio. Dixitq̧ gad ꝓ k
pheta ad dd̄: noli manere in p̄ſi/
dio† p̱ficiſcere ⁊ vade i t̄rā iuda. †
Et p̱fect⁹ eſt dd̄: et venit in ſaltū
areth. Et audiuit ſaul q̄ apparu l
iſſet dd̄ ⁊ viri q̄ erāt cū eo. Saul
aūt cū maneret i gabaa: ⁊ eēt ī ne
more qd̄ eſt i ramatha: haſtā ma
nu tenēs/ cūctiq̧ ſerui ei⁹ circūſta
rēt eū. ait ad ſeruos ſuos qui aſſi
ſtebant ei: Audite me nunc filij
a ¶ id eſt beniamin.
iemini: Nunquid omnibus vo/
bis dabit filius iſai agros ⁊ vine
as: ⁊ vniuerſos vos faciet tribu/
nos ⁊ cēturiōes: q̄m coniuraſtis
oēs aduerſū me: et nō ē q̄ mihi re
nūciet: maxie cū ⁊ fili⁹ me⁹ fedus
iūxerit cū filio iſai: Nō eſt q̄ vicē
meā doleat ex vobis: nec q̄ annū
ciet mihi: eo q̄ ſuſcitauerit filius
a ¶ inimicum.
me⁹ ſuū meū aduerſū me iſidiān
tē mihi vſq̧ hodie.† Rn̄dēs aūt m
doech idume⁹ q̄ aſſiſtebat: ⁊ erat
p̄mus inter ſeruos ſaul. Vidi in n

## Nico.de lyra

B Abijt ḡ inde ⁊c̄. C. XXII
Poſt b̄nficiū a ſacerdote ipi
dauid exhibitū: ꝯn̄r deſcribi
tur ex h̄ ſequēs ſacerdotū exterminiū.
⁊ p̄mo achimelech accuſat̄. ſcd̄o coram
rege citat̄/ ibi: Miſit ḡ ⁊c̄. tertio iniu/
ſte cū ſuis cōdēnat̄/ ibi: Dixitq̧ rex. q̄r
to factū ipi dauid nūciat̄/ ibi: Euadēs
aūt. Prima in duas: q̄ p̄mo ponit̄ ac/
cuſationis occaſio. ſcd̄o ipa accuſatio/
ibi: Rn̄dēs aūt doech. Circa p̄mū ſciē/
dū q̄ occaſio accuſatiōis fuit: eo q̄ da/
uid iā ſibi multitudinem fugitiuoꝝ ag/
gregauerat: et iō timebat ſaul ne ptās
dauid augeret̄: ꝓpter qd̄ cōquerebat̄
de ꝓprijs famulis: q̄ſi aliq̄ eoꝝ ipi da/
uid fauerēt: ⁊ eū ipi ſauli nō accuſarēt.
Dicit̄ ḡ: Abijt ḡ in. dd̄. ſ. de geth: ꝓ
pter periculū qd̄ ibi expertus fuerat.
b Et fu. in ſpe. odollā. Locus eſt
plen⁹ cauernis ⁊ rupib⁹: et p̱ ꝯſequēs
fugitiuis apt⁹: ⁊ etiā in ſorte iude: ꝓpt̄
qd̄ dauid q̄ erat d̄ tribu iuda ad illū lo/
cū fugit ſecuri⁹. c Qd̄ cū au. fra.
ei⁹ ⁊c̄. q̄ ſaul ꝓpt̄ dd̄ ei⁹ ꝓpinq̄s p̱ſeq̄bat̄. d Et con. ad
eū ⁊c̄. ꝓpt̄ debita q̄ nō poterāt ſoluere: vel ꝓpter inimicos q̄
bus nō poterāt reſiſtere: vel q̄ erāt in ſaulis p̱ſecutōe: vl' alia
h̄mōi cauſa. e Et fa. eſt eo. p̄n. Videt̄ q̄ peccauerit tales
recipiēdo: ſicut abimelech inopes ⁊ vagos ſibi aggregādo: vt
hr̄ Iudi. ix. Dicēdum q̄ nō aggregauit eos ad interficiēdū in
nocētes: ſicut fecit abimelech ad īterficiēdū fratres ſuos: nec
ad dep̄dandū fideles: q̄ nō legit̄ pp̄lm iſr' dep̄daſſe: ſȝ mag'
bona eoꝝ cuſtodiuiſſe: ſicut hr̄. ī. xxv. de nabal: ſȝ aggregauit
eos ad infideles p̱ſequēdū: vt hr̄. ī. in plurib⁹ caſib⁹: ⁊ ad cor
pus ꝓpriū cuſtodiēdū ꝯtra inſidias ſaul: qd̄ poterat facere in
tali neceſſitate: maxie cū iā eſſet rex inunct⁹: ꝓpter qd̄ ī tali ca
ſu pote

ſu poterat ſolutionē debitoꝝ p̱longare: ⁊ in plurib⁹ forefacta C
relaxare ꝓpter cām p̄dictā. f Et p. eſt dd̄ ⁊c̄. Hoc addit̄
ad differētiā illi⁹ maſpha q̄ eſt in terra iſr': vt habet̄. ſ̄. vij. ca.
g Et di. ad re. moab: maneat ⁊c̄. Expoſitores nr̄i dicūt
cōiter q̄ iſte rex fuit Naas quē ſaul debellauerat: vt dictū eſt
. ſ̄. xi. ca. ⁊ iō dauid ad ip̄m iuit ſecuri⁹
q̄ erat inimic⁹ ſaul. Huic āt dicto ꝯcor
dare videt̄ quod hr̄. ī. li. ij. ⁊. x. ca. Or
mortuo Naas miſit nūcios ad ꝯſolan
dū ei⁹ filiū: eo q̄ pr̄ ſecū fecerat miſeri/
cordiā. Sȝ huic dicto obuiare videt̄ q̄
in loc' p̄allegatis ille naas d̄r rex filio/
rū āmon ⁊ nō moab: ⁊ ꝓpt̄ h̄ ſm̄ iſtos
ꝯn̄r dicere oportet q̄ idē eēt rex āmon
⁊ moab: cui⁹ nomē hic tacet̄: ſȝ in alijs
locis p̄allegatis exp̄mit̄. Sȝ q̄ in ſcri/
ptura cōiter regnū āmon ⁊ moab dicūt̄
duo regna diuerſa. iō dicit Ra. Sa. q̄
iſte rex moab ad quē iuit dd̄ nō fuit na
as q̄ erat rex slioꝝ āmon: iuit tn̄ ad ipȝ
duplici d̄ cā. Vna fuit q̄ ſaul habebat
guerrā ꝯ regē moab: ſic̄ et ꝯ filios am/
mon: vt hr̄. ſ̄. xiiij. Alia fuit q̄ dd̄ de/
ſcēderat de ruth moabite: vt habet̄. ſ̄.
Ruth vl. ⁊ iō ſecuri⁹ fugit ibi ꝓpter co
gnationē ex p̱te mr̄is ſue: maxime ſm̄
illos hebreos q̄ dicūt Ruth fuiſſe filiā
regis moab: ꝓpter qd̄ rex ille recepit
dauid ⁊ viros ei⁹ ⁊ poſuit eos in q̄dā
fortalitio ꝓpinq̄ terre ſaul: de q̄ ſubdi/
tur poſtea. h Mā ſerūtq̧ apud
eū. ſ. pr̄ ⁊ mater dauid: ⁊ alij de ſua co
gnatione q̄ nō poterāt eū ſeq̄. i Cū
ctis dieb⁹ ⁊c̄. i. in p̄dicto fortalitio: ſȝ †Mar.2.b
q̄ ad monitionē gad ꝓphe dd̄ cū viris Luc.5.f.
ſuis inde receſſit: vt ſtatim ſubdit̄:
k Dixitq̧ gad p. ⁊c̄. qd̄ factū fuit
ne viri q̄ erāt cū dauid: q̄ꝝ aliq̄ nō erāt
multū ſtabiles in fide: ꝓpter debita et
tribulatiōes in q̄bus erāt: declinarent
ad idolatriā ſi diu manerēt ī terra ido/
latrie ſubdita: ⁊ vt patiētia dauid in p̱/
ſecutiōe ſaulis magis p̱baret̄. Ex illo D
ṽo receſſu dd̄: rex mob indignat⁹ occi/
dit patrē ⁊ matrē dd̄: aliq̄s tn̄ fugiētes
naas āmonites ſaluauit: ꝓpt̄ qd̄ poſt/
ea dd̄ miſit nūcios ad ꝯſolādū ei⁹ filiū:
eo q̄ pr̄ fecerat iſtā miſcd̄iam ſecum in
amicis ſuis: vt dicit Ra. Sa. l Et
au. ſaul ⁊c̄. Propt̄ qd̄ timuit rōne p̄/
dicta: ⁊ iō mouit q̄rimoniā de familia
ſua q̄ſi aliqui fauerēt dauid: ⁊ p̱tȝ lr̄a:
m Rn̄dēs aūt ⁊c̄. Poſita occaſio
ne accuſatiōis: hic ꝯn̄r ponit̄ accuſan/
di act⁹/ cū d̄r: n Vidi inq̄t fi. iſai.
Nō noīauit eū ꝓprio noīe tanq̧ indi/
gnū noīari: volēs in hoc placere ſauli.
accuſat etiā achimelech ex ꝯſeq̄nti di.
✱ Qui cōſu
Moraliter. a Abijt ḡ inde da/ Moraliter
uid. Sequit̄: g Et dixit ad regē ts.21.b.
moab: maneat oro pr̄ me⁹ et mat̄
mea vobiſcū ⁊c̄. Per hoc aūt q̄ da
uid fugitiu⁹ et in periculo ſui corp̱is et
eoꝝ q̄ erāt ſecū an̄ oīa q̄ſiuit parentib⁹
ſuis ſecuritatē māſiōis: oſtēdit p̱ factū
q̄tū de parētib⁹ ſit curādū. k Dixitq̧ gad ⁊c̄. Per gad ꝓ
phetā ītelligit̄ bon⁹ p̄lat⁹ q̄ de ſalute maxie ſp̄uali ſuoꝝ ſubdi/
toꝝ debet eē ſollicit⁹: ⁊ iō monuit dd̄ recedere de loco vbi ſecu
ri⁹ erat corp̱al'r īter idolatras tn̄ p̱iculoſi⁹ ſp̄ual'r. Nā aliq̄ de
ſocietate dd̄ ad idolatriaȝ declinare poſſent ſi ibi diu māſiſſet.
iō dixit: † Vade in t̄rā iu. Vbi de⁹ colebat̄ tn̄ ſaul ei⁹ ad
uerſari⁹ ibi dn̄abat̄. Ex h̄ etiā q̄ dd̄ cū ſuis illuc iuit: oſtēdit̄ q̄
hoīes debēt eē mag' ſolliciti de cauēdo ſp̄uale p̱iculū q̄ꝫ corp̱a
le. m Rn̄dēs āt do. idu. Per doech q̄ īterp̄tat̄ mortu⁹:
allegorice ſignificat̄ iudas p̱ditor q̄ de morte xp̄i tractauit cū
p̄ncipib⁹ iudeoꝝ: ſic̄ doech denūciauit ſauli factū achimelech
ſignātis xp̄m. ſic̄ ca. p̄. fuit dictū: ⁊ p̱ illā denūciationē achime/

E a ¶ Qui ꝯſu. ꝓ eo dñm. dicũt
aliq̄ ꝙ iſte mentit⁹ fuit: ſicut relato
res ſolent plus dicere ꝗ̄ ſit in veri
tate. ꝯtrariũ tñ magis videt̃ verũ:
vt poſtea dicetur. b ¶ Miſit ḡ
rex ⁊c̃. Hic ꝯñr ponit̃ ipſius achi/
melech cũ ſuis citatio. ⁊ ptʒ lr̃a vſ/
qʒ ibi: c ¶ Rñdẽſqʒ achi. ad de
clarãdã ſuã innocẽtiã. d ¶ Et q̄s
in oi. ⁊c̃. q² negocia ſibi iniũcta a
rege fideliter fecerat. e ¶ Et ge/
ner re. ⁊ per ꝯñs eſt ei ſicut filius.
Gen̄. 37. c f ¶ Et ꝑgens ad ipe. tuũ. ꝓm/
3. c. pte ſe exponẽdo oĩbus periculis ꝓ
te ⁊ regno tuo. g ¶ Et glo. ĩ do
mo tua. i. honorabilis p̄re oĩbus
Vñ ⁊ in mẽſa ſolit⁹ erat ſedere im
mediate iuxta regẽ: vt habet̃. s. xx.
q̄ſi diceret. Neceſſe fuit in plurib⁹
articulis ꝓpter p̄dicta qđ iã diu eſt
vt pluries ꝯſuluerim ꝓ eo dñm. iđ
ſubdit̃: h ¶ Nũ ho. ce. ⁊c̃. q. d.
ſi hodie cepiſſeʒ ꝯſulere dñm ⁊ nõ
añ: poſſes me habere ſuſpectũ. illi
aũt q̄ tenẽt doech. s. falſum dixiſſe
dicũt. Nũ ho. ce. ⁊c̃. i. nec nũc nec
al's ꝯſului ꝓ eo dñm: ſed prior ex/
poſitio magis ꝯcordat lr̃e p̄cedẽti.
i ¶ Abſit hoc a me. ſ. ꝙ ꝯiuraue
rim in aliquo cõtra te. vñ ſubdit̃:
k ¶ Nõ eni ſci. ⁊c̃. ſed iſtud vide
tur repugnare ei qđ dictũ eſt ꝙ cõ/
3. 14. g ſuluit ꝓ eo dñm ⁊ ſi ꝯſuluit veriſi/
mile eſt ꝙ ſciuit de fuga ei⁹ a facie
ſaul ⁊ ſic negociũ ſciuit. Dicẽdũ ꝙ
dauid dixit tantũmõ ꝟbis genera/
lib⁹ ꝙ ꝑiculũ ſibi ĩminebat: ⁊ ꝙ cõ
ſuleret dñm vtrũ euaderet ꝑiculuʒ
illud ⁊ rogauit ſacerdotẽ vt oraret
ꝓ eo: ⁊ ꝑ h̃ achimelech ſcire nõ po
tuit ꝙ dđ fugeret a facie ſaulis: q²
frequẽter ip̄i dđ aliũde ꝑicula ĩmi/
nebãt. l ¶ Dixitqʒ rex. hic poni
tur ip̄i⁹ achimelech ⁊ oĩs dom⁹ pa
tris ſui iniuſta ꝯdẽnatio/ cũ dicit̃:
Morte morieris ⁊c̃. m ¶ Et ait
rex emiſ. dicit Ra. Sa. ꝙ iſti fue
rũt abner ⁊ amaſa q̄ mittebant̃ ad
regni negocia. n ¶ Noluerunt
ãt ⁊c̃. Sciebãt eni ꝙ nõ erat obe/
diendũ regi in illis q̄ ſũt cõtra deũ
et hoc accepant vt dicit Rab. Sa.
ab eo qđ dr̃ Joſ. i. d. Sic obediui/
mus in cũctis moyſi: ita obediem⁹
⁊ tibi: tm̃ ſit dñs de⁹ tuus tecũ. i. in
illis in q̄b⁹ volũtas tua eſt cõcors
volũtati diuĩe tibi obediem⁹: ⁊ nõ
in aliȷ̃s. o ¶ Et ait rex ad do.
iſte nõ fuit iude⁹ natiõe: ſʒ idume⁹
ꝯuerſuſ ad iudaiſmũ: ⁊ iđ nõ in tm̃
horruit ĩterficere ſacerdotes ſicut
aliȷ̃: verũtñ nõ fuit ſol⁹: q² nõ poſſʒ
tot hoĩes interficere ⁊ ciuitatẽ de/
ſtruere: niſi fuiſſent plures mali ſe
cũ. p ¶ Veſti. ephot li. venerãt
eni ad regẽ in veſtib⁹ in q̄b⁹ mini/
ſtrabãt añ deũ: vt magis flecterẽt
aĩm ei⁹ iratũ. q ¶ Nobe aũt ci.
⁊c̃. ſcʒ de mãdato ſaul: ĩ quo appa
ret magna crudelitas in vaſtatiõe
tot bonoꝝ: ⁊ in iugulatiõe tot ĩno/
cẽtiũ. r ¶ Euadẽs aũt. hic ꝯñr
ponit̃ hui⁹ facti denũciatio ipſi dđ
ꝑ ip̄m abiathar: q̄ effugerat vt per
dđ tutaret̃: ꝓpter quẽ dom⁹ p̄ris
ſui deſtructa fuerat. s ¶ Et ait
da. ⁊c̃. Hic ponit̃ ſcire improprie
ꝓ cõiecturare vel timere: nõ tñ re/
uelauit

quit filiũ iſai ĩ nobe apud achimelech
a filiũ achitob ſacerdotẽ: qui conſuluit
ꝓ eo dñm: ⁊ cibaria dedit ei: ſʒ et gla/
b diũ goliath philiſtei dedit illi. Miſit
ergo rex ad accerſiẽdũ achimelech fi/
liũ achitob ſacerdotẽ: ⁊ oẽʒ domũ pa
tris ei⁹ ſacerdotũ q̄ erãt in nobe. Qui
vniuerſi venerũt ad regẽ. Et ait ſaul
ad achimelech. Audi fili achitob.
Qui rñdit: † Preſto ſũ dñe. Dixitqʒ
ad eũ ſaul: Quare ꝯiuraſtis aduerſũ
me tu ⁊ fili⁹ iſai: ⁊ dediſti ei paneſ ⁊ gla
diũ: ⁊ ꝯſuluiſti ꝓ eo dñm vt ꝯſurgeret
aduerſum me inſidiator vſqʒ hodie ꝑ
c manẽs: Rñdenſqʒ achimelech regi/
d ait: Et q̄s in oĩb⁹ ſeruis tuis ſic̃ dauid
e f fidelis/ ⁊ gener regiſ: ⁊ ꝑgẽs ad ĩperiũ
g h tuũ: ⁊ gl'ioſus ĩ domo tua: Nũ hodie
i cepi ꝓ eo cõſulere dñm: Abſit hoc a
me/ ne ſuſpicet̃ rex aduerſus ſuũ ſuũ
rẽ huiuſcemõi in vniuerſa domo p̄ris
k mei. Nõ eni ſciuit ſeru⁹ tuus q̄cq̄ ſuꝑ
hoc negocio/ vel modicũ vel grãde.
l Dixitqʒ rex: † Morte morier̃ achime
m lech tu ⁊ oĩs dom⁹ p̄ris tui. Et ait rex

a ¶ emiſſarij ſunt qui impio regis mittunt̃ ad in/
terficiendos reos.

emiſſarȷ̃s q̄ circũſtabãt eũ: Cõuerti/
mini ⁊ interficite ſacerdotes dñi. Nã

a ¶ dauid ⁊ ſerui eius.

man⁹ eoꝝ cũ dauid eſt: ſciẽtes ꝙ fugiſ
n ſet ⁊ nõ indicauerũt mihi. Noluerunt
aũt ſerui reg' extẽdere man⁹ ſuas in ſa
o cerdoteſ dñi. Et ait rex ad doech: Cõ
uertere tu ⁊ irrue ĩ ſacerdoteſ dñi. Cõ
uerſuſqʒ doech idume⁹ irruit in ſacer/
dotes: ⁊ trucidauit in die illa octogin

a ¶ vt per habitũ religionis moueret̃ animus re
gis ad pietatem.

p taquinqʒ viros veſtitos ephot lineo.
q Nobe autẽ ciuitatẽ ſacerdotũ ꝑcuſſit
ĩ ore gladij: viros ⁊ mulieres: ꝑuulos
⁊ lactãtes: bouẽqʒ ⁊ aſinũ et ouẽ ĩ ore
r gladij. Euadẽs aũt vn⁹ fili⁹ achime/ †
lech filij achitob: cui⁹ nomẽ erat abia
thar. Fugit ad dauid: ⁊ annũciauit ei
s ꝙ occidiſſet ſaul ſacerdotes dñi. Et
ait dauid ad abiathar: Sciebã eni in
die illa ꝙ cũ ibi eẽt doech idume⁹: ꝑ/
culdubio annũciaret ſauli. Ego ſum
reus oĩm aiãꝝ p̄ris tui. Mane mecũ:
ne timeas. Si q̄s q̄ſierit aiam meã/ q̄/
ret ⁊ aiam tuam: mecũqʒ ſeruaberis.

## Ca. XXIII

Et annũciauerũt dauid dicẽtes: Ec/ t
ce philiſtijm oppugnant

a ¶ annonã de areis aſportatã.

ceilã: ⁊ diripiũt areas. Conſuluit igit̃ v
dauid dñm/ dicẽs: Nũ vadã ⁊ ꝑcutiã

uelauit hoc achimelech: q² de futuro G
ꝯtingẽti certitudinẽ nõ hẽbat: ⁊ q² ſi
feciſſet: ſibi ꝑiculũ ĩminebat: q² forte
ꝑ ſacerdotes fuiſſet retẽt⁹ ⁊ ſauli tra
ditus: ip̄e aũt magis debebat p̄caue/
re ꝓprio ꝑiculo ꝗ̄ alieno. Si ãt q̄rat̃ Queſtio
q̄re doech ñ detinuit eũ: ⁊ q̄re nõ vo
cauit ad h̃ adiutoriũ ſacerdotũ. Dicẽ/
dũ ꝙ ex voto fuerat plurib⁹ dieb⁹ in
loco tabernacli cã oꝛonis vl' ad diſcẽ
dũ legẽ: vt dicũt hebrei: ꝓpt̃ ꝙ igno/
rabat modũ recedẽdi ip̄i⁹ dđ a ſaule:
⁊ ꝙ fugeret ibi bannit⁹.
✱ lech fuit occiſus ⁊ aliȷ̃ ſacerdotes Moraliter
occaſiõe eius: ⁊ ſil'r ꝑ tractatũ iude p̄
dictũ. xp̄s fuit capt⁹ ⁊ occiſus: ⁊ poſt
hoc ap̄li ⁊ martyres aliȷ̃ ꝓ fide ipſi⁹.
† ¶ Euadẽs autẽ ⁊c̃. Per euaſio
nẽ iſtius ſignificat⁹ fuit ſtatus ꝯfeſſo
rũ q̄ filij ſunt xp̄i ꝗ̄uis nõ tranſierint
ꝑ gladiũ. ¶ Moral'r ꝑ doech qui bo
nũ factũ innocẽtis ſauli retulit in ma
lũ: ſignant̃ adulatores ⁊ maligni re/
latores: ⁊ ꝑ hoc potẽtes ꝯcitãt cõtra
ĩnocẽtes: ⁊ h̃ eſt peſſimũ maxĩe qñ fit
ꝯtra ꝑſonas dđ ꝯſecratas. ſicut in ꝓ
poſito Ecc̃i. xxviij. b. Suſurro et bi/
linguis maledict⁹: turbauit eni mul/
tos pacem habẽtes. ¶ Ca. XXIII

Et annũciaue. da. Poſt/ 
ꝗ̄ ſaul ꝑſecut⁹ fuerat dauid
eũ banniẽdo. Hic ꝯñr eum Diuiſio
ꝑſequit̃ multipliciter inſeq̄ndo: ⁊ q²
deus facit cũ tẽptatiõe ꝓuentũ: iđ cir
ca hoc p̄mo ponit̃ ꝯtra dđ duplex in/
ſultus. ſcđo triplex ꝓuentus. ca. xxiiij.
Circa p̄mũ ſaul ꝑſequit̃ dđ. p̄mo in ci b
uitate. ſcđo ĩ deſerti vaſtitate/ ibi: Et
vidit dđ. Prima in tres: q² p̄mo cei/
la ꝑ dauid ꝓtegit̃. ſcđo in ea ꝯtra dđ
obſidio diſponit̃/ ibi: Nũciatũ eſt au
tẽ ſauli. tertio dđ dei reuelatione eri/
pit̃/ ibi: Qđ cũ reſciſſet. Circa primũ
dr̃: t ¶ Et annũciaue. da. ſcʒ viri
de ceila ĩminẽs eis ꝑiculũ. v ¶ Cõ
ſuluit ḡ da. do. erat eni parat⁹ iu/
uare filios iſrl': Tũ q² eos diligebat:
Tũ q² iã erat inunct⁹ rex: ⁊ iđ curam
habebat de eoꝝ ſalute: tñ ſicut debe/
bat p̄us voluit dñm cõſulere: ſed viri
✱ ſui eum
Moral'r. t ¶ Et annũciaue. ⁊c̃. Moraliter
ceilã. q̄ interp̄tat̃ ad fundã iuncta:
ideo ꝑ ip̄am ſignificat̃ militãs eccl'ia.
Funda nãqʒ bellicũ eſt inſtrumentũ:
vt ptʒ Judicũ. xix. Militans autẽ ec
cleſia ſemꝑ eſt cõiuncta bello ꝯtra de
mones ⁊ vitia. Per habitatores igit̃
ceile ſignificant̃ filij eccl'ie quorũ aliq̄
ſũt boni aliq̄ mali vſqʒ ad finẽ mũdi:
tñ bonus p̄latus qui ꝑ dauid ſignifi/
cat̃: eo ꝙ dauid fuit paſtor ouiũ debʒ
vtroſqʒ cõſolari: ſicut dauid habitato
res ceile cõſolatus fuit. v ¶ Et diri
piũt areas. i. rapiũt alimẽta de are
is: per q̄ ſignificant̃ ꝟba diuina ⁊ eu
chariſtie ſacr̃m: q̄bus fideles ſp̄ũali/
ter reficiunt̃. Hec autẽ alimẽta phili
ſtijm rapiunt qñ demones q̄ per phi
liſteos ſignificant̃ fructũ verbi diuini
et euchariſtie ſacramẽti ſuis tẽptatio
nibus impediũt. Sed dauid habita/
tores ceile ſaluat quãdo bonus p̄la/
tus ſuis p̄cib⁹ ⁊ exhortationib⁹ tẽpta
tiones demonũ erga ſuos ſubditos
euacuat. Sed qm̃ ſicut dictũ eſt in fi/
liȷ̃s eccl'ie aliq̄ mali ſunt ⁊ ingrati: iđ
ꝓ illis dr̃ ꝙ viris ceile ad tradenduʒ
✱ dauid in

a ¶ Deſcẽdet ⁊c̃. Rab. Si hic ſteteris de Ca. XXIII ſcẽdet ſaul ⁊ tradẽt te viri ceile in man⁹ ei⁹: ergo volũtatẽ eoꝝ indicauit. Viri aũt ceile ingrati bñficijs dauid: q̃s de manib⁹ philiſtinoꝝ liberauit: iudeoꝝ infidelitatẽ ſignificãt ⁊ incõſtantiã: q̃ redẽptori ſuo ĩgrati apꝺ ſeculi ptãtes inſidiant̃. Ceila aũt interp̃tat̃ ad fundã iacta: vel excellẽs ſibimet. In circũi-
3.11.b tu impij ambulãt ⁊ ſtult⁹ vt lu-
27.b. na mutat̃. b ¶ Ziphei ad ſaul in ga. ⁊c̃. Rab. Apud ſe latitãtẽ dauid ſauli ꝓdiderũt: ⁊ cũ eo de morte ei⁹ tractauerũt. Ziphei aũt florẽtes vł germinãtes ĩterp̃tant̃: ⁊ ſignificãt eos iudeos q̃ florẽ terreni regni appetẽtes: cũ p̃ncipib⁹ ſuis d̃ nece xp̄i tractauerũt: quõ euz ꝑ diſcipulũ ſuũ ꝑditũ apprehẽderẽt: ⁊ p̃ſidi ad ĩterficiẽdũ traderẽt: ⁊ florẽtes ſeculi xp̄m in mẽbris poteſtates ſcꝫ hui⁹ mũdi ꝓdunt.

philiſteos iſtos? Et ait dñs ad dauid: Vade ⁊
ꝑcuties philiſteos: ⁊ ſaluabis ceilã. Et dixerũt
viri q̃ erãt cũ dauid ad eũ: Ecce nos hic in iu- a
dea cõſiſtẽtes timem⁹: quãtomagis ſi ierim⁹ in
ceilã aduerſus agmina philiſtinoꝝ? Rurſuꝫ ḡ b
dauid ꝯſuluit dñm. Qui rñdẽs ait ei: Surge
vade ĩ ceilã. Ego eni tradã philiſteos ĩ manu
tua. Abijt ḡ dauid et viri ei⁹ in ceilã: ⁊ pugna- c

a ¶ oneranda de area.

uit aduerſum philiſteos. Et abegit iũmẽta eo- d
rum: ⁊ ꝑcuſſit eos plaga magna: ⁊ ſaluauit† da
uid habitatores ceilę. Porro eo t̄pe quo fugie e

a ¶ Q̃ꝺ moyſes iubẽte dño fecerat: ſicut etiã rõnale in q̃ erat doctrina ⁊ veritas: in quo etiã ꝯſuluit dauid dñm.

bat abiathar fili⁹ achimelech ad dauid in ceilã
ephot ſecũ habẽs deſcẽderat. Nũciatũ eſt aũt f
ſauli ꝙ veniſſet dauid ĩ ceilã. Et ait ſaul: Tra-
didit eũ dñs in man⁹ meas. Cõcluſuſq; eſt in-
trogreſſus vrbẽ: in q̃ portę ⁊ ſerę ſũt. Et p̄cępit
ſaul oĩ pp̄ło vt ad pugnã deſcẽderet in ceilã: ⁊
obſideret dd̄ ⁊ viros ei⁹. † Q̃ꝺ cũ dauid reſciſ- g
ſet q̄ p̄pararet ei ſaul clã malũ: dixit ad abia- h
thar ſacerdotẽ: † Applica ephot. Et ait dauid i
Dñe deus iſrael audiuit famã ſeru⁹ tuus ꝙ di
ſponat ſaul venire ad ceilã: vt euertat ꝑpt me k
vrbẽ. Si tradẽt me viri ceilę in man⁹ ei⁹: ⁊ ſi de l
ſcẽdet ſaul ſicut audiuit ſeru⁹ tuus? Dñe deus
a iſrł indica ſuo tuo. Et ait dñs: Deſcẽdet. Di m
xitq; dauid rurſũ: Si tradẽt me viri ceilę: ⁊ vi-
ros q̃ ſunt mecũ in manus ſaul? Et dixit dñs: n

a ¶ in voluntate habẽt vt tradent.

Tradẽt. Surrexit ḡ dauid ⁊ viri ei⁹ q̃ſi ſexcẽti:
⁊ egreſſi de ceila: huc atq; illuc vagabant̃ icer
ti. Nũciatũq; eſt ſaul ꝙ fugiſſet dauid d̃ ceila
⁊ ſaluat⁹ eſſet: q̄obrẽ diſſimulauit exire. Mo- o
rabat̃ aũt dauid ĩ deſerto in locis firmiſſimis:

¶ Ziph mons ſqualidus vel nebuloſus vel caligãs: vnus aũt de poſteris caleph ſic appellatus eſt.

mãſitq; in mõte ſolitudinis ziph in mõte opa-
co. Querebat tñ eũ ſaul cũctis dieb⁹: ⁊ nõ tra- p
didit eũ dñs ĩ man⁹ ei⁹. Et vidit dd̄ ꝙ egreſſus q
eẽt ſaul vt q̃reret aĩaꝫ ei⁹. Porro dauid erat ĩ r
deſerto ziph in ſilua. Et ſurrexit ionathas fili⁹ s

¶ ionathas.

ſaul: ⁊ abijt ad dauid ĩ ſiluã: ⁊ ꝯfortauit man⁹ t
ei⁹ in deo. Dixitq; ei: Ne timeas. Neq; eni in
ueniet te manus ſaul p̄ris mei. Et tu regnabis
ſup iſrł: ⁊ ego ero tibi ſcd̄s. Sed et ſaul p̄r me⁹
ſcit hoc. Percuſſit igit̃ vterq; fęd⁹ corã dño. v
Mãſitq; dauid in ſilua. Ionathas aũt reuer-
b ſus ẽ ĩ domũ ſuã. Aſcẽdert aũt ziphei ad ſaul x
ĩ gabaa dicẽtes: Nõne ecce dauid latitat apꝺ
nos in locis tutiſſimis ſiluę: ĩ colle achile q̄ eſt
ad dexterã deſerti? Nũc ḡ ſicut deſiderauit aĩa
tua vt deſcẽderes deſcẽde. Noſtrũ aũt erit vt

## Nico.de lyra.

✳ ſui eũ auertebãt dicentes: a ¶ Ecce nos hic in iu. ⁊c̃. q̃ſi dicãt. ſi ierim⁹ ad bellandũ ꝯtra philiſteos audiet ſaul: et ſic dato ꝙ vicerim⁹ philiſteos oportebit nos pugnare cõtra ſaulẽ: ⁊ nõ poterim⁹ ꝓpter laborẽ belli p̄cedẽtẽ. b ¶ Rurſuꝫ ḡ da. cõ. do. nõ q̄ dubitaret de victoria: cũ iã ſup hoc habuiſſet diuinũ rñſum: ſed vt ex duplici reſpõſo diuino viri ſui eſſent ꝯfortati ⁊ pati ire cũ eo. c ¶ Et pug. ad phili. eos debellando. ideo ſubdit̃: d ¶ Et abe. iu. eo. q̃ adduxerãt philiſtei ad portandũ in terrã ſuam blada ⁊ alia bona hebreoꝝ. e ¶ Porro eo tẽ. ⁊c̃. iſtud ſubdit̃ ad rñdẽdũ q̃ſtioni tacite: q̄ dictũ eſt ꝙ dauid bis ꝯſuluit dñm: iõ poſſet q̃ri ꝑ quẽ ⁊ quõ: et rñdet̃ hic ꝙ ꝑ abiathar ſacerdotẽ q̃ fugiens ad dauid ſecũ apportauerat ephot: q̃ eſt veſtis ſũmi ſacerdotis in q̃ erat rõnale iudicij: in quo apparebat reſpõſio dñi: ꝑut dictũ fuit Exo. xxviij. f ¶ Nunciatũ eſt. Hic cõſequẽter ponit̃ diſpoſitio ad obſidendũ dauid in ceila ꝑ ſaul et viros eius. et patet littera. g ¶ Q̃ꝺ cuꝫ dauid reſciſ. Hic conſequẽter ponit̃ exceptio dauid cũ dicit̃: q̃ꝺ cum reſciſſet. per exploratores ſuos: eo ꝙ ſemꝑ de ſaule timebat. h ¶ Dixit ad abiathar ⁊c̃. id ẽ induere veſte ſacerdotali ad conſulendũ dñm. i ¶ Et ait dauid. ſcꝫ per ſacerdotẽ dominũ cõſulentẽ. k ¶ Vt euertat pro. ⁊c̃. ſi illi de ciuitate noluerint me ei tradere. l ¶ Si tradẽt me viri ⁊c̃. vt p̄caueãt ciuitati ſue licꝫ iſte due interrogationes ſint ſcripte ĩmediate abſq; reſponſione media. nõ tamẽ ſic fuerunt facte: ſed habito reſponſo de prima. ſ. de aduẽtu ſaul: facta fuit ſecũda de traditiõe dauid

Et ait dñs

m ¶ Et ait dñs: deſcẽdet. i. ſi manſeris in ciuitate deſcendet: q̄ nõ venit illuc: vt poſtea habet̃: quia dauid inde receſſerat. n ¶ Et dixit dñs: tradẽt. ſcꝫ ſi mãſeris in ciuitate: et ſaul illuc venerit: ita ꝙ cõditionalis eſt vera: q̄uis neutrum euenerit: ſicut iſta eſt vera: ſi homo volat habet alas q̄uis vtraq; pars conditionalis ſit falſa. ſequit̃: o ¶ Quobrẽ diſſimulauit exi. poſt dauid pro tunc. p ¶ Querebat tamẽ ⁊c̃. nõ ꝙ ſemꝑ ipſum actu q̃reret: ſed q̄ ſemꝑ habebat voluntatẽ q̃rendi ſi facultas capiendi ſe offerret: vel quia ſemꝑ actu ipſum nõ q̃rebat nõ ꝑ ſe: ſed ꝑ exploratores. q ¶ Et vidit da. hic ꝯñr ponit̃ ꝑſecutio dauid in deſerto: q̄ñ enim ſaul vidit ſe eſſe fruſtratuꝫ ab intentione ſua de obſidione dauid in loco clauſo muris: ꝑſecutus fuit eum in nemorib⁹ et ſiluis. In qua ꝑſecutione ſic ꝓceditur: q̄ primo dauid a ionatha cõfortat̃. ſecũdo a ſuis cõtribulibus accuſat̃ ibi: Aſcẽderũt autẽ ziphei. tertio ſaul in latibulis euꝫ ꝑſcrutat̃ ibi: At illi ſurgentes. Circa p̄mũ dicitur: Et vidit dauid ꝙ egreſſus eẽt ſaul. ad q̃rendum dauid per nemora ⁊ deſerta: ⁊ ideo verſabat̃ dauid in tutioribus locis: ⁊ hoc eſt q̃ꝺ dicit̃: r ¶ Dauid erat in deſer. ziph. qui eſt locus nemoroſus ⁊ opac⁹. s ¶ Et ſurrexit iona. de ſocietate patris ip̄o ignorãte. t ¶ Et abijt ad da. in ſil. ſciebat eni vbi eſſet: q̄ frequẽter mittebant nũcios ad inuicẽ: occulte tñ. cetera patẽt vſq; ibi: v ¶ Percuſſit igit̃ vterq; fedus. tribus enim vicibus inijt ionathas fedus cum dauid. p̄mo in domo. ſecũdo in agro: vt patꝫ ex ſupradictis. xviij. ca. ⁊. xx. tertio in deſerto: vt hic patet: in ſignũ ꝙ fidelis aĩa que ſignificat̃ per ionatham debet inire fedus cum deo qui per dauid intelligit̃. primo in domo cordis. ſecũdo in agro operis. tertio in deſerto contemplationis. x ¶ Aſcenderunt autẽ ziphei. Hic ponitur accuſatio dauid per contribules ſuos. Ziphei eni deſcẽdert a ziph qui fuit de genere caleph: vt habet̃. j. Paral. ij. ca. et. iiij. caleph aũt fuit de tribu iuda ſicut et dd̄. Ex quo patꝫ ꝙ ziphei fuerũt de eadẽ tribu cuꝫ

✳ dauid. Ar

✳ dauid in man⁹ ſaulis fuerunt parati ſicut dicit̃ infra. n ¶ Et dixit dñs: tra. et ꝑ hoc ſignificant̃ mali ſubiecti q̃ bonos p̄latos ſuos neq̃ter accuſant ⁊ tradũt manib⁹ tyrannoꝝ. x ¶ Aſcẽde. autẽ ziphei. q̃ interp̄tant̃ germinantes vel florẽtes: ⁊ ſignificãt phariſeos q̃ ex radice ſup-bie gemĩauerũt ĩ odiũ xp̄i ꝑ

m v ✳ dauid

alˢ † dñs

Diuiſio

† ſ.30.b

† Exo.39.8.

Moraliter

